

* P * V * I * S *

* 1 * 6 * 2 * 4 *



- I. Paraphrasis Psalmi LXXXII M. Zachariae Wennenezeri
- II. Psalmi Davidici 121. 91. 125. 124. Gregorij Bersmanni.
- III. Oratio de Christo recens nato Joachimi Flemingi
- IV. Lessius Casareus Cyriaci Herdesiani sup obitum Rudolphi Imperatoris
- V. Soteria Dn. Johanni Georgio Saxonum Duci Academiae Wittebergensis.
- VI. Votivus applausus Dn. Hug: Principi Anhaltino administrationem principatus Cisalpinii suscipienti Frederici Theodori Gorlicio
- VII. Theophrastus in qua ad Dn. Augustum Principem Anhaltinum Thomazij causa servestam nerezum M. Petri a Jena.
- X. Epithalamium Marci Frederici Wendelii ad Dn. Augustum Ducem Brunovicensium.
- II. Epithalamium ad eundem principem Jani Cremeri.
- III. Ecloga Gregorij Bersmanni Rudolpho Principi Anhaltino sponso scripta.
- XI. Theophrastus in qua ad Dn. Rudolpho Princ: Anhaltino scripta a Collegis Scholae Servestanae.
- XII. Epicedium in obitum Dn. Rudolphi Princ: Anhaltini Abrahami Cremeri.
- XIII. Strena Poetica Christophori Heroldi.
- XIV. Querele Saravictoris et Biomea.
- XV. Gregorij Bersmanni in pontem sablicium Debaensem Carmen Graecum.
- XVI. Joachimi Flemingi Piculum Scholasticum.
- XVII. Abrahami Vrici Diagrapha Laboris Scholastici.
- XVIII. Coronis Collegio Disputatorio et Oratorio imposita.
- XIX. Typus Depositionis Scholasticae Frederici Widebrami
- X. Bulla Amuleti M. Bloey.
- CI. Oda honoribus Dn. Danielis Burchardi Dn. Johannis Christophori Hartmanni. Dn. Philippi Meudligeri. Dn. Matthaei Coleri Doctorum scripta.
- XXII. Gratiarum Actio M. Johannis Copperij post Magistrum autum pronuntiata.
- XXIII. Epigramma in Cerevisia Servestane Danielis Burchardi.
- XXIV. Desortatio a Callemijs
- XXV. Germania ad Principem epistola Ad: Martino Pratorio.
- XXVI. Votum Scholae Versaliensis
- XXVII. Theophrastus in qua ad Dn. Johannem Stunium.
- XXVIII. In honorem Magistrum Dn. Johannem Guac
- XXIX. Trizinta Jeverum M. Christiani Galli Italio-Saxonis.
- XXX. Adami Forweroy Frederici Stes, nis Ernesti Wulstorgij.
- XXXI. Eorundem
- XXXII. Juvenum 37. M. Theophili Carisberi
- XXXIII. Johannis Cremeri.
- XXXIV. In honorem Notarii Valerij ni Gelani.
- XXXV. Strena anagrammatum quadrifida Christophori Heroldi.
- XXXVI. In nuptias Dn. Wolfgangi Amlingi 4. V. D.
- XXXVII. Eiusdem Johanni Amlingi Nicolai May.



an 58. LIIIX.

THALASSIO

QUEM

REVERENDO ET EXCELLEN-
tissimo doctrinâ ac virtute Viro

DN. JOHANNI BERGIO

SS. THEOLOGIÆ D. ET

in inelytâ Viadrinâ Professori

SPONSO

ET

Lectissima & Pudicissimaq; Virgini

DOROTHEÆ

Reverendi Excellentissimiq; Viri

DN. MARTINI FÜSSELII SS.

Theol. D. & Serenis. Elect. Brandeb.

à concionib. & Consiliis sacris,

filix SPONSA

Heidelbergâ acclamabant

Propinqui & Affines.

Typis DAVIDIS ALBINI.

MDCCXVIII.



D. JANO BERGIO

DOROTHEAM FUSSELLIAM

uxorem ducenti.



Nam DOROTHEAM sacram dum ducis
(ad aram,

Munera, CRUX & LUX, bina parata tibi.
Lux erit, illa tibi, BERGI, splendentibus horis:

Fortunæ in tenebris CRUX erit illa tibi.

Fœmina rara CRUCEM potis est perferre mariti,

Ferre ejus LUCEM fœmina rara potest.

JANE quid hoc? durum est. At tu CRUCE LU

(CEQUE gâude:

Utraq; te summi mittet ad astra poli.

ABRAHAM SCULTETUS

XXVII. Martij Heidelberg.





Montibus ecce meris circum Eitelberga superbit,
 Ac oculis nomen subiicit usq; meis,
 Quod vel sponte sua nostram dulcedine mentem
 Mulcet, & immemorem non sinit esse sui.
BERGIUS, ingenio superas qui surgit ad arces,
 Ad nostros sese dejicit usq; pedes.
 Quando sibi nexu sociali copulat illam,
 Qua gentilitium de pede nomen habet.
 Fratris imago sui praesens haec BERGIUS alter
 Exauget meritis debita nostra suis.
 Ergo quae capiant animos obliviam nostros,
 Ut cunctorum inter vota silere queam?
 Caelitus hunc montem tua mi DEUS irriget unda,
 Germinet ut populo pabula dia Tuo.
 Sit Tibi, sitq; sua cultissima vinea genti,
 Vites Bergiolas, Bergiolasq; ferat.
 Uva frequens illis pendens olim ebria succo
 Exhilararet catus pectora sancta pii.
 Tu SOROR, an dubites monte hoc Te dicere tutam?
 An queat hoc hortis aptior esse locus?
 Haec amor; hinc plantas, flores, & semina carpe,
 Hic habita, mons hic copia plena Tibi
 Attamen ille suo sic Te Soror ustulet igne,
 Interdum ut placeat commeminisse mei.

Adfinitatis & Fraternitatis ergo
 Adfini Sponso
 Sorori Sponsae

adplaudendam

M. MARTINUS FÜSSELIUS Sil.



A L I V D.

BERGIUS insigni redimitus tempora LAURU
 Nuper, nunc Domini JUSSA VERENDA docet:
 Tandem et-jam castâ cum virgine GAUDIA captat,
 Qualia promeruit cura, labor, pietas.
 Gratulor ex animo! Votisque faventibus opto
 Ut cedant titulis optima quæque novis.
 Conjugium imprimis sit felix; cœpta secunda:
 Sit socialis amor, sitque perennis amor.

Honoris & gratitudinis ergò

Vovebat

DANIEL SACHSIUS M.

A D

Reverendum Clarissimumq; Virum

DN. MARTINUM FÜSSELIIUM S.S.
 Theol. D. & Serenissimo Electori Bran-
 denburgico &c. à concionib. fa-
 cris, fautorem suum æter-
 num colendum.

Quid magè cõmodiùs quid suaviùs obtigit unquam,
 Auspicio Iovæ, Vir Magne, tibi que tuisque
 Flevisti affinem vitæ exonerasse saburram,
 Qui, dum mortali concessum vescier aura,

Petrus

Petrus erat zelo, doctrinæ lumine Titus.
 Nunc sortem indutus meliorem pascitur inter
 Lilia, coelifluum blandè stillantia rorem,
 Ecce! gener lacrymas totus tibi nascitur inter
 Bergius, amissi referat qui commoda Petri;
 Præbeat arboribus latè crescentibus umbram,
 Te dorso excipiat, si quando minacibus undis
 Turba crucis quatiat, comitari sueta fideles.

Da Deus ut vigeat per plures Bergius annos
 Prompta tibi dando manus est, immensa tuendo.

Dabat

DAVID VECHNERUS Freist.

DIALOGUS.

Ante indivisum tribuebas, frater, amorem
 Fratri: Nunc partes possidet illa meas,
 Cujus, si nostros servassent fata parentes
 Forma ipsos poterat pellere blanda loco.

Ante uno fueras per me fautore beatus:
 At nunc, frater, opes duplicat illa tuas,
 Filia quæ salvis (utinam) genitoribus esset:
 Illa soror nunc est, frater ut ipse tibi.

Antea non te alias docuerunt pignora curas
 Consilio facilem vertere reges meas.
 Mox soboles clamans lachrymanti voce parentem,
 Auribus excutiet nomina nostra tuis.

A 3

*Antea nature jussus suadebat amorem:
 Fortior accedet fors mihi causa brevi.
 In natis spectans vitæ exemplaria nostra,
 Egero plus, illos quod mea vota volent.
 Eja sic jubeat fraterni fautor amoris,
 Sic vos posteritas sera salutet avos.
 Propria sit domui vestra concordia: Morbus
 Exulet: Ignoret vestraq; vosq; dolor.*

CONRADI BERGII

JOANNES BERGIUS
 Res ajo benignus.

DOROTEA FÜSSELIANA.
 Ne tua sola fides, ora.

BERGIUS hoc meritò dicit: RES AJO BENIGNUS
 Qui res humanâ cum gravitate docet.
 Inque domo si quid jurgantis verba requirat,
 Rem dicens, odit dicere multa malè.
 Illi Sponsa fidem debes, comitabitur istam
 Aspirans multâ prosperitate DEUS.
 Nil labor atque fides ea si benedictio desit:
 Ergo ORA maneat NE TUA SOLA FIDES.

*Voto & affectu locorum superans
 intercapedinem f.*

BALTHASAR IOCISCUS
 Grünberg. Sil.



A L I U D.

Diffugère nives, redduntur gramina campis,
 Et gravido gemmas cortice palmes agit.
 Omnia nunc florent: Ignotaq; prodit hirundo,
 Sub trabibus cunas parvaq; tecta parat.
 Scilicet hæc illa est ætas, fundamenta mundi
 Quâ posita in multos stant reditura dies.
 Scilicet hæc illa est ætas, quâ maximus ille
 Mystra DEUS primos consociavit avos.
 Tempore penè tibi sponsam qui jungit eodem,
 Rerum det simili stabilitate frui.
 Ille jugi socios totidem vos servet in annos;
 Detq; oculis totidem prolis adesse gradus.

ULRICUS GUTZMERUS
 Colbergâ Pom.

P A R O D I A.

Ad Horatianam 2. Carm. 4.

Virginis ne sit tibi amor pudori
 Jane mi Bergi: Michalis, Davidem
 Movit & vatam decus & potentum,
 Forma puellæ.
 Arsit & quondam senior Jacobus
 A Rahel pulchrâ faciem puellâ,
 Simsonem movit niveo colore
 Virgo Philistis.

Impiæ per quem cecidère turmæ
 Dexterâ victricæ, vigorque demtus
 Tradidit pressis leviora vinci

Agmina sanctis.

Ambigas, nunquid generum beati
 Te Theodoræ decorent parentes?
 Est probum certè genus, & penates

Percipit æquos.

Crede non illam tibi de improbatâ
 Plebe delectam, neque sic fidelem, aut
 Ocio averfam potuisse nasci

Matre pudendâ.

Brachia & vultum, teretesque suras
 Integer laudo. Fuge suspicari,
 Ter mihi nondum trepidavit ætas

Claudere lustrum.

POLYCARPUS GUTZMERUS
 Colbergâ Pom.



Id 4206
g

ULB Halle

3

004 167 287




f
56

Sik. 18 u. 25 nicht in PICA,
da Hschr. +90

24 VD 17
120-By
Jul. 01
M







O
 LLEN-
Viro
 RGIO
 D. ET
 fori
gini
 E Æ
Viri
 LII SS.
 rande b.
 ris,
 bant
 INI.

